IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

si. Cumq; uenissent ad tumulos iordanis in ter
ra chanaan. edificauerunt iuxta iordanē altare
infinite magnitudinis.

1 IOSVE Cos in tabernacula sua dimittit. quibus
xpc mitium timoris tribuit. qui septiformem
sancti spiritus scalam ad celestia erigit. Illis be
nedicit. quos uere sapientie gustu imbuit. di
cis amoris sui participium tribuit. Ad eos dicit.
quos ad pseuerantiam bonorū pducit. In mul
ta substantia diuini timoris. atq; diuitiis di
uini amoris. ad sedes uestras reuertimini. de
quibus expulsi. aduenę huius mundi iustis &
peregrini. Cum argento & auro. ere ac ferro. & ues
te multiplici. Per argentum quod sonorum est
ac lucidum. conuersionis exprimit mitium.
quo bone famę. sonus uel odor respergitur. q
dei & sui cognitione homo illustratur. Per aurū.
quod igne examinatur. pbatio temptationis
figuratur. sicut salemon attestatur. Aurum p
bat ignis. & homines iustos camino tribulati
onis. Vt. quod dulcem sonum auribus ingerit.
pfectum pfectionis exprimit. de quo iob dicit.
Ferrum de terra tollitur. & lapis calore solutus
in es uertitur. Ferrum pseuerantiam boni desig
nat. quia sicut ferrum omnia comminuit &
domat. sic omnia temptationum infortunia
pseuerantia exsuperat. Vestis multiplex est illa.
de qua loquitur salemonis sapientia. cui mu
lieris fortis describit ornamenta. Stragulata
uestem fecit sibi. byssus & purpura indumentū
eius. Multiplex enim ista. uel stragulata uestis. &
amictus caritatis. que multitudinē operit
peccatorū. & habundantiam congerit om
nium bonorum. Multiplex etiam uestis. est in
telligentia sancte scripture salutaris & subli
mis. que mirabiliter multiplicat. dum ad
litteram. ad allegoriam. ad moralitatem. ad
anagogen dilatatur. Hac ueste multipli
ci p xpm gratiam exornantur. qui argento
& auro. ere ac ferro prius locupletantur. Di
cit g iosue suis fidelibus. dicit xpc suis mar
tyribus. confessoribus. & continentię pfesso
ribus. Diuidite pdam hostium cum fratrib
uestris. facientes gaudium in celo sanctis
angelis. ad urm reditum tota mentis affec
tione suspensis. filii ruben. & filii gad. & di
midia tribus manasse reuertuntur. quia
martyres. confessores. & continentes. ab ex
ordio seculi p fidem. spem. & dilectionem. ad
celestia continua mentis intentione regre
diuntur. A filiis isrl abeunt. quia ab illorum
merito stultitia recedunt. qui totam spem
suę salutis in ceremoniis carnalibus legis
constituunt. De silo. que auulsio uel dimis
sio. uel ubi est ipse dicitur. p quod uetus lex
exprimitur. quę p euangelium auellitur. quo
uelud libello repudii dimittitur. cum ipse q
in ea queritur. xpc de uirgine natus in pse
pio ponitur. Unde recte silo. in chanaan
sita esse describitur. qui motus eorum uel ne
gociator. aut humilis dicitur. quia tota lex
xpm loquitur. qui p chanaan exprimit.
Ipse enim motus eorum est factus. quando
in pplo de eo fuit murmur multus. Quida
nii dicebant quia bonus est. alii autem non.
sed seducit turbas. Ipse etiam negotiator mag
nus fuit. qui sanguine suo suis fidelibus
regna celorum comparauit. & latroni socio
paradysum reseruauit. Ipse etiam uere hu
milis fuit. qui sua humilitate omnem dia
bolicę superbię potentiam pstrauit. Rube
bunte g & gad. & dimidia tribus ma
nasse. a filiis isrl abeunt. & de silo recedunt.
cum ueri ecclesię filii. ab exordio seculi. car